

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. X. - An in quouis genere amicitiae plurimi sint conciliandi amici?

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

Resp.

Aliud est de numero & existentia, aliud est de natura & essentia amicitie agere. Natura enim eiusdem hoc modo accepta, vt plures diffundi potest, ad duos tamen spectare dicitur. Quia etsi myriades inuidorum per forum vbique volent, rarissime tamen amicorum reperiuntur patria.

CAP. X.

An in quouis genere amicitia plurimi sint conciliandi amici?

**A**CTVM agere molestiam, idem sapius disputare rædium studioso lectori parit: ne ergo nimis multus ac molestus videar, hanc quæstionem, quam antea obiter discusseram, nunc paucis attingam. Quæritur, An in quouis genere amicitie plurimi sint conciliandi amici? hoc est, si rectè interpretæris, An inter plures quàm duos amicitia existat: In amicitia propter vtile paucos parados esse docet Arist. & quia damnosum est elargiri multis, & quia laboriosum est plurimis inferuire. In amicitia propter voluptatē suscepta idipsum ostendit, quia iucundis amicis rarò non secus ac condimentis in splendide apparatus epulis & conuiuibus vti oportet. In amicitia denique pro-

Probat in omni amicitie genere pluribus amicis opus non esse.

Rr 2 pter



pter virtutem fieri, inquit, non potest, vt plurimi simul colantur amici: difficile enim est & rebus prosperis gaudere, & aduersas grauitur cum multis ferre. Hoc probat experientia, quia si magna & excellens sit amicitia, ea vni cum paucis intercedat necesse est: numerosam enim amicorum turbam virtutis excellentia negat, amoris etiam gradus & vehementia negat. Reperiuntur tamen multi, qui multis placeant. Reperiuntur quidem, sed hi potius affabiles & placidi quam fideles & amici nominantur.

*Diffinitio huius questionis ante traditur libro octauo capite sexto.*

**Opp.**

*Antè tractatur hæc quæstio: ergo otiosè hic iterum de illa agitur.*

**Resp.**

*Antè tractatur solum speciatim quod amicitiam absolutam & per se, hic verò generatim quoad omnes species amicitia.*

**Opp.**

*Concessum est in amicitia vtili & amatoria plurimos esse posse, qui vtile & iucundum quarunt, sunt enim multi parasitorum greges & armenta: ergo male hoc loco contrarium docet Arist.*

**Resp.**



Resp.

*Non docet, sed hoc suadet, ne plures propter incommoda sequutura admitterentur.*

Opp.

*Quo bonum communius eò melius, & vis vnica fortior, vt docet prouerbiũ: sed si plures sint veri amici, bonum est communius, visq; charitatis vnica fortior: ergo in vera amicitia plures sunt conciliandi amici.*

Resp.

*Quo bonum communius eò melius, si fieri id quidem potest commune: vnita vis fortior in bonis, si talia sint que vniantur, at hoc excellens bonum amicitia in summo gradu positum, sic plurimis communicari non potest, vt plurimi amici inter se excellentes fiant. Est tamen in vera amicitia boni influentia quedam multis utilis & fructuosa: nam vt solis splendor multis hyderibus: ita fructus amicitia multis hominibus communicatur. Sed vt solis splendor tantum essentialiter soli inest, quamuis eiusdem vis in multa fluat: ita excellens amicitia essentialiter paucis conuenit, quamuis eiusdem fructus in multos tedar: vir enim insigniter bonus, vt modo docuimus, omnes bonos vehementer diligit.*

Bonum quo communius eo melius Vis vnita fortior.

C A P. X I.

*An magis in aduersis quàm secundis rebus desiderentur amici?*

*An presentia amici sit semper iucunda in vtraq; fortuna?*

Rr 3

Rectè